Notes du mont Royal
WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM

Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

ΗΣΙΟΔΟΥ ΠΟΙΗΜΑΤΑ.

HESIODI CARMINA.

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56.

ΗΣΙΟΔΟΥ
ΠΟΙΗΜΑΤΑ.
HESIODI CARMINA.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΑΡΓΟΝΑΥΤΙΚΑ.
ΜΟΥΣΑΙΟΥ ΤΑ ΚΑΘ' ΗΡΩ ΚΑΙ ΛΕΑΝΔΡΟΝ.
ΚΟΛΟΥΘΟΥ ΑΡΠΑΓΗ ΕΛΕΝΗΣ.
ΚΟΙΝΤΟΥ ΤΑ ΜΕΘ' ΟΜΗΡΟΝ.
ΤΡΥΦΙΟΔΩΡΟΥ ΑΛΩΣΙΣ ΙΛΙΟΥ.
ΤΖΕΤΖΟΥ ΠΡΟΟΜΗΡΙΚΑ, κ. τ. λ.

APOLLONII ARGONAUTICA.
MUSÆI CARMEN DE HERONE ET LEANDRO
COLUTHI RAPTUS HELENÆ.
QUINTI POSTHOMERICA.
TRYPHIODORI EXCIDIUM ILII.
TZETZÆ ANTEHOMERICA, etc.

GRÆCE ET LATINE
CUM INDICIBUS NOMINUM ET RERUM
EDIDIT F. S. LEHRS.

ASII, PISANDRI, PANYASIDIS, CHOERILI, ANTIMACHI
FRAGMENTA CUM COMMENTARIIS ALIORUM ET SUIS ADJECIT
FRIDERICUS DÜBNER.

PARISIIS,
EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT,
INSTITUTI REGII FRANCIÆ TYPOGRAPHO,
VIA JACOB, 56.

M DCCC XLI.

KG 10261
~~Gh 46.155~~

31 Jan. 1850
$4.00
Treadwell Fund.

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

PRÆFATIO.

In hoc septem poetarum corpore Hesiodo Apollonium ac Musæum subiunximus, ne reliquorum quatuor, qui de rebus Troicis sunt omnes, interrumpatur ordo. Critica, quam vocant, adhibita arte novas horum auctorum recensiones exhibendi fortasse ne facultas quidem fuisset, consilium certe non erat. Religiosi autem editoris esse putavimus, in usum suum convertere, si quid boni atque emendati virorum doctorum sive ingenio, sive studio nuper detectum invenerit. Quæ messis poetis nostris haud parcos reddidit fructus. Quo factum est, ut omnes, nisi forte Tzetzen excipere velis, permultis locis correcti, partim novam plane induti speciem, in lucem prodeant, plurimaque dici possint, quibus multæ, quas recepimus, lectiones explicentur, nonnullæ defendantur, excusentur non paucæ. Ne tamen modum, qui præfationi constitui solet, transeamus, de singulis mutationibus in editione nostra obviis fusius disserere supersedebimus, quas ne enumerare quidem licebit, nisi ubi id aut paucis absolvendum, aut sine magno lectorum nostrorum incommodo non evitandum iudicaverimus.

Gœttlingianus Hesiodi textus quinquaginta emendationes in Theogonia, viginti quinque in Scuto Herculis a nobis receptas egregiæ Hermanni recensioni (in opuscc. vol. VI, pag. 142 sqq.) debet. Quum de prisca Theogoniæ forma hodiernæque origine nihil constet (1), versus longioresve locos transponere, quomodo Hermannus hic illic faciendum docet, ausi non sumus, sed satis habuimus uncis includere, quæ, quo loco hodie leguntur, carminis tenorem interrumpunt, sive dispositionis hodierna antiquioris, sive variarum recensionum, sive interpolationum vestigia sint. Quod ad

(1) Mützellius, quem his in studiis totum esse viri docti non ignorant, in recensione libelli, in quo Sœtbeerus quidam sua Gruppiique somnia de primigenia Theogoniæ specie publici juris fecit (Zimmerm. ephemm. a. 1838, num. 10 sqq.), philologiæ hodiernæ vires difficultati huius quæstionis pares esse negat.

a

Scutum attinet, lectores ad egregiam Hermanni disputationem de triplici huius poematis recensione remittamus oportet. Carminis enim intellectui commodoque legentium male consultum fuisset, si nulla addita adnotatione textum dispositioni a viro doctissimo propositæ adaptare voluissemus (1). De tertii, quod superest, poematis Hesiodei natura Lehrsius frater dilectus *Quæstionum epicarum* a. 1837 editarum dissertatione tertia novam exposuit sententiam, quæ, quamvis minus probata a nonnullis, maxime tamen idoneum harum rerum iudicem nacta est defensorem (2). In nostra editione singulas facile agnosces sententias, quas Lehrsius non nisi propter verborum quorundam similitudinem interpositas cum reliquo carmine vix cohærere demonstrat. Quæ idem interpolata esse iudicat, uncis inclusimus; quæ e variis recensionibus manasse vult, indicare non licuit. Multas lectiones in recensione textus Gœttlingiani ab Hermanno commendatas in nostrum Operum et Dierum textum nova hac ratione dispositum introduci non potuisse apparet. Quod Hesiodi fragmentorum collectio tam aucta tamque emendata nunc in lucem prodit, id etiam Hermanno debetur, qui, postquam in recensione illa Gœttlingianam collectionem castigavit multisque locis citatis locupletavit, triginta tria fragmenta addidit nova (l. l. pag. 266—271), quæ in editione nostra litera H. notavimus. Accedunt præterea complura, quæ quamquam in Lehmanni *de Hesiodi carminibus perditis particula priori* anno 1828 Berolini edita jam leguntur, a Gœttlingio omissa sunt, triaque in Crameri anecdotis primum evulgata. Numeros Gœttlingianæ collectionis sine ulla litera nostris apposuimus, numeris collectionis Lehmanni litera L., collectionis Gaisfordi vel Dindorfii litera D. adscripta est. Fragmentum CXVII Hermannus in præfatione ad Eurip. Helen. pag. XVII correxit, ejusque emendationem recepimus, quamquam Hesiodum ita cecinisse nobis persuadere vix possumus.

In Apollonio a Wellaueri lectionibus nonnunquam recessimus. Ex iis, quas editionis Wellauerianæ criticus (ephemm. literr.

(1) Versum 144, qualem in una trium illarum recensionum fuisse Hermannus vult, textui suo loco subiunximus.

(2) Hermannum, qui in Jahnii annalibus philologiæ hunc librum atque illam præsertim dissertationem iudicavit. Aliud de eadem dissertatione iudicium in Zimmermanni ephemm. (a. 1836, pag. 1006 sqq.) sub calce recensionis, quam Iulius Cæsar de illo Sœtbeeri opusculo scripsit, nos legere meminimus.

Halenss. a. 1828, num. 305 seqq.) proposuit, has fere recepimus, e codicibus maximam partem haustas, paucas e conjectura: I. 61, ἀριστήων. 176, Ὑπερησίου. 372, πρώρην. 672, ἐπιχνοάουσαι. 806, δορυκτήταις. 812, ἀτημελέως. 881, ταί. 893, ἄν τοι. 1120, ὀκριόεντι· 1161, καμάτῳ. 1176, κακά. II. 87, φυσιόωντες. 375, τρηχεῖα. 427, ἀΐξαντες. 504, χθονίης. III. 5, τοι. 15, μὲν γάρ. 173, τε. 198, ἀνά. 286, ἐπ'. 410 et 496, φυσιόωντες. 519, ἐπιχνοάοντας, quod non recipere cautius fortasse fuisset; 1009, δέ. 1195, εὐφεγγέος. 1265, ζοφεροῖο. 1331, ὀκριόεσσα. IV. 59, δολίῃσιν. 202, δ' ἐνί. 271, προχοῇσι. 323, ἔπειτ' et punctum post versum 326; 652, ἐπίουροι. 690, ἐστ'. 800, εἰσόκε. 1103, ἐφ' Ἑλλάδι. 1212, εἰσόκε. 1260, ἀκηχεμένοις. 1324, μηδ' ἔτι. 1647, τῆς. 1711, τόφρα φαάνθη. Præterea I. 523, ἀρτύνεσθαι. 533, ὑποκλάσθη. 749, ἀμυνόμενοι. II. 28, οἷον. 573, ἔκραγε. 1180, γε et ἠδέ. III. 1374, ἐπήϊον. 1384, γούνων. 1396, ἀπὸ, scripsimus e coniectura Struvii, qui anno 1822 in libello scholastico præter has lectiones alias etiam emendationes Apollonii dedit, elegantes omnes, sed fortasse minus veras. Lib. IV. v. 290, τῆλ' Wellaueri coniectura est. Lib. III. 1393, Hermanni ἀρούρης recepimus, quamvis, quid poeta scripserit, haud facile divinaris, vulgata tamen sensu omnino carente. Multas mutationes leviores, ad orthographiam plerumque spectantes, enumerare supersedemus.

Musæus Passowii maximam partem emendationum, quibus ornatus nunc editur, Wernickio debet, cuius coniecturas in commentario ad Tryphiodorum hic illic obvias recepimus has: v. 18 et 252, ἀμφοτέραις. v. 38, βασίλειαν. v. 58, χιονέης (e codd.) et παρειῆς. v. 210, ἐμοί τινα. v. 272, τάδ' ἔειπεν. v. 309, χειμερίαις. Eodem Wernickio suadente v. 53, ἀθανάτοισιν ἄγειν, et v. 118, θαρσαλέῃ, e codicibus dedimus. V. 81, ἐν Hermanni coniectura, v. 271, παρακάτθεο eiusdem emendatio est e codicibus sumpta (vid. emendd. ad Coluth. v. 278, opuscc. vol. IV, pag. 223). V. 219 antiquam lectionem, εἰ ἐτεὸν δ' ἐθέλεις, restituimus (vid. Græfii *coniectanea in Musæum*, post Coluthum Schæferi, pag. 259).

Colutho post viri cl. Stanislai Iuliani editionem e Bekkeri recensione denuo impresso contigit ante hos undecim annos, ut Hermannus operam suam ei præstaret. Is elegantissimas huius poetæ emendationes anno 1828 edidit (repetitas in opuscc. vol. IV, pag. 205 sqq.), quarum multas in usum nostrum convertendas putavi-

mus, neque tamen eas, quas sagax viri egregii ingenium excogitavit, quod antiqua lectio putida esset, nimis languida, minus elegans, etc. Alias etiam nonnullas coniecturas non recipiendas iudicavimus, ut v. 17, τοῖσι, quia ante hunc versum aliquid excidisse probabilius nobis videtur, quæ suspicio in his carminis centonibus facillime movetur. In iis, quæ Hermannus de v. 46 sqq. disputat, illud certe verum est, Lennepii εὐρέα ineptum esse, de reliquis vero, quæ addit, longe aliter sentimus. Si quid de nostro in textum introducere voluissemus, ὀξέα scripsissemus. Qui cum Hermanno in corrupta vulgata codicisque Mutinensis lectione vocem οὖδας agnoscere vult, is coniiciat poetam scripsisse οὖδας ἄκαμπτον aut ἄκαρπον. Spatiis illis, quæ inter duos versus passim vides, lacunas indicavimus in hoc poemate, verius dixeris, in his poematis fragmentis non raras.

Quinti textum plane novum lectoribus nostris tradimus. Quamquam hic poeta alterum Rhodomannum frustra adhuc expectabat, novaque editione, quam Spitznerum et Kœchlyum coniunctis viribus parare accipimus, magnopere indiget, tamen triginta duobus his annis post Tychsenii editionem magna moles emendationum Quinti hic illic dispersarum accumulata est, in quibus non pauca invenies, quæ Rhodomannus, adeo Pauwius recte viderat, Tychsenius neglexit. Ecce subsidia, quibus instructi Posthomericorum textum recensuimus. Multa egregia in Hermanni Orphicis insunt, nonnulla utilia in Wernickii commentario ad Tryphiodorum, multa bona in Spitzneri observationibus in Quintum ad calcem libri, quem *de versu Græcorum heroico* scripsit, anno 1816 editis. Eiusdem auctoris *observationum in Quinti Posthomerica* particula prima et altera Vitebergæ a. 1815 prodierunt, tertia anno 1837 in Zimmermanni ephemeridibus (num. 143 sqq., pag. 1161 sqq.) (1), postquam Bonitii *symbolæ criticæ in Quintum Smyrnæum* ibidem anno 1836 publici juris factæ sunt. Struvius in compluribus libellorum scholasticorum, quos inter annum 1817 et 1822 Regimontii edidit, egregias Quinti emendationes proposuit (2). Glasewaldi *coniectanea* in poe-

(1) Spitznerus omnes, quas de Quinto scripsit, observationes in uno volumine coniunctas nuperrime edidit.

(2) Quo rariora hæc Struvii opuscula sunt paratuque difficiliora, eo maiores gratias lectores nostri habebunt viro clarissimo et humanissimo *de Sinner*, qui e bibliotheca, quam habet opulentam atque exquisitam, integram illorum collectionem nobiscum communicavit.

tam nostrum anno 1817 Vitebergæ evulgata non vidimus. Quum tamen ab aliis interdum laudentur, nihil eorum, quæ bona insunt, nos fugisse putamus. Lehrsius, a quo pauci Quinti loci in *quæstionibus epicis* emendati sunt, magnum numerum emendationum per literas nobiscum communicavit, cuius benevolentiæ verbis nostris lectorumque nostrorum gratias amantissimo fratri agimus. Idem nos monuit, poetæ nostri libros Eustathio auctore (ad Iliad. pag. 4) Λόγους esse inscribendos. Novissimum idque optimum subsidium ad emendandum Quintum Kœchlyus nuper suppeditavit, qui codice Monacensi denuo collato *Emendationes et adnotationes in Quintum Smyrnæum* in actorum Societatis Græcæ, quæ Lipsiæ floret, Vol. II. Fasc. I. anno præterito in lucem emisit. Nisi hic fasciculus sero ad nos pervenisset, prior Posthomericorum pars bonis nonnullis lectionibus fuisset locupletata, quas recipere non amplius licitum erat. Iam nostræ editionis lectiones a textu Tychsenii recedentes hic subiungimus, prætermissa permagna copia correctionum minoris momenti ad accentus, ad orthographiam atque interpunctionem pertinentium. Legitur enim

IN TYCHSENII EDITIONE :	IN EDITIONE NOSTRA :
L. I. v. 2. κέκευθε	κεκεύθει
v. 11. ὑπαὶ	ὑπὸ
v. 22. ἐ ὸν	ἐὸν
v. 32. νυ	τιν'
v. 39. ὑπαὶ	ὑπὸ
v. 44. κυνανῶπις	κυανῶπις
v. 58. ἐρατεινὸν,	ἐρατεινόν·
v. 60. ὑπαχλύνθη	ὑπηχλύνθη
v. 99. τοῖα	τοῖον
v. 136. ἐν	ἐνὶ
v 147. ἔθετ'	ἕλετ'
v. 159. βουπλῆγα,τὸν	βουπλῆγ',ὃν
v. 166. ἀάσχετα	ἀάσχετον
v. 167. τε, τὸν	θ', ὃν
v. 168. κιοῦσα	κιούσῃ
v. 179. Ἡ δ' οἴη	Οἴη δ' ἣ
v. 190-200. θεῇσιν· Ἐκπάγλως δ' ἡ σεῖο, θεοῦ γένος, ἐστὶ γενέθλης·	θεῇσιν Ἐκπάγλως, ἣ σεῖο θεουδέος ἐστὶ γενέθλης·
v. 217. λαβόντες	βαλόντες
v. 246. ἐν	ἐνὶ
v. 254. Θερμώδουσαν	Θερμώδοσσαν
v. 259. ὀκρυόεντι	ὀκριόεντι (1)
v. 286. πολυγνάμπτῃσιν	πολυγνάμπτοισιν
v. 287. ἐν	ἐνὶ
v. 308. κυδοιμὸς	Κυδοιμὸς
v. 310. θανάτοιο	Θανάτοιο
v. 326. οἳ	ὥς
v. 341. μιν	οἱ (2)
v. 370.	in uncis.

IN TYCHSENII EDITIONE :	IN EDITIONE NOSTRA :
v. 426. τῇ	τῆς
v. 434. ἐπ'	ὑπ'
v. 443. αὖ	αὖθ'
v. 448. κεῖναι	κείνῃ
v. 457. ἐξαρχῆς	ἐξ ἀρχῆς
v. 468. ἐπεντύνεσθε	ἐπεντύνεσθαι
et ἔντοσθι	ἔντοσθε
v. 490. κέδασσεν	κέασσεν
v. 492. κέκλιτο	κεκύλιστο
v. 504. ἀφραδίῃσι	ἐγχείῃσι
v. 505. Λαομέδοντος	λαὸν ἑλόντες
v. 529. Δήϊχον, ἠδὲ	Δηΐοχον τ' ἰδ'
v. 542. θορεῖ	θόρῃ
v. 558. ἵκεσθε	ἵκεσθον
v. 563. Ἦ. μέγα τοὶ δ'	Ἦ μέγα· τοὶ δ'
v. 575. ἐπέεσιν	ἐπέεσσιν
v. 583. ἔτλης	ἔφης
v. 596. μελέεσιν	μελέεσσιν
v. 598. δύσαν	δῦσαν
v. 613. ὑπαὶ	ὑπὲρ
v. 615. ἠδ'	ἢ
v. 673. τετρυγμένοι, αἶψά γε	τετρυμένοι ἄψεα
v. 677. ἀεικτυπέοντι	ἐπικτυπέοντι
v. 715. ἀθανάτοιο	ἀκαμάτοιο
v. 723. ἤκαχε	ἥπαφε
v. 724. οὕνεκα	εἵνεκα
v. 727. μέμβλετο	μέμβλεται
v. 752. ὅπῃ	ἐπεὶ
v. 753. θέμις et ἄτη	Θέμις et Ἄτη
v. 759. προπάροιθεν	τοπάροιθεν

(1) Ad v. 256 Struvius: « Perpetuus, inquit, poetarum usus postulare videtur ὀκρι. » Qua admissa mutatione τὴν esse scribendum Lehrsius vidit. Conf. IX, 259, ubi Kœchlyus vulgatam (δόρυ) defendit.

(2) Lehrsius vult μετ'. Idem ad v. 336: « βίην, fortasse λίην. »

	IN TYCHSENII EDITIONE :	IN EDITIONE NOSTRA :
	v. 761. ἐξεφαάνθη	ἐξεφαάνθην
	v. 793. μένος μέγα	μέγα σθένος (1)
L. II.	v. 6. σκοπίασκον	σκοπίαζον
	v. 30. πω	που
	v. 48. ὄρνυτ'	ὤρνυτ'
	v. 55. ἣ μὲν	ἡμὲν
	v. 59. ἐνὶ	μετὰ
	v. 61. ὄφελεν, καὶ	ὄφελον καὶ
	v. 80. μαρναμένῳ	παρφαμένῳ
	v. 127. Μέμνων	Μέμνον
	v. 163. τάχα	τοῖς
	v. 165. ἐν	ἐνὶ
	v. 169. ὀχέεσφι	ὀχέεσσι
	v. 174. κεν	καὶ
	v. 187. ὕστερος	ὕστατος
	v. 196. ἅπαν· οἱ	πᾶν· τοὶ
	v. 200 ἔσαν et ἀγυιὰ	ἴσαν et ἄγυια
	v. 224. θηγόμεν' et πάρος	θεινόμεν' et πυρὸς
	v. 232. βαρὺ	βαθὺ
	v. 233. οἵ γ'	οἵγ'
	v. 289. γὰρ	δὲ
	v. 300. ἔτι ἐλθέμεν	ἐτ' ἐπελθέμεν
	v. 314. μόγου	μόθου
	v. 320. Μέμνων	Μέμνον
	v. 339. τοὶ	οἱ
	v. 361. μοῖρα	Μοῖρα
	v. 421. προφερεστέρα	προφερεστέρη (2)
	v. 446. βεβλημένος	βεβλημένον
	v. 495. ὑπέβραχεν	ἐπέβραχεν
	v. 520. ἣ μὲν et ἣ δ'	ἡμὲν et ἠδ'
	v. 543. ἄορ	αἷμα
	v. 546. ἐπεσμαράγησε	ὑπεσμαράγησε
	v. 602. θέρους	θέρευς
	v. 618. οὔτ' ἄρ' et ὀπίσατο	οὐ γὰρ et ὠπίσατο
	v. 665. ῥὰ Πληϊάδες	μὲν ἄρ' Ἡλιάδες
	v. 666. ὤϊξε	ἤϊξε.
L. III.	v. 28. δ' ἔθηκε	δὲ θῆκε
	v. 49. ἤκαχες	ἤπαφες
	v. 57. ἑ	οἱ
	v. 58. οὐδ'	οὔτ'
	v. 65. ὑπὲρ	ὑπὲκ
	v. 69. τλήτω	στήτω
	v. 70. τοι	οἱ
	v. 94. οἱ δὲ	ἠδὲ
	v. 114. σχέτλιε	σχέτλιος
	v. 159. ἤριπε γαίης	ἤριπε, βαιὸν
	v. 169. τίσεσθ'	τίσετ' ἄρ' (3)
	v. 184. ἑ	οἱ
	v. 190. ἀρήγετε	ἀρήγοιτ'
	v. 210. πόλιν et εἰρύσαντες	πτόλιν et εἰρύσωμεν
	v. 222. τε	ῥά θ'
	v. 225. ὑπαὶ	ὑπὸ
	v. 295. δὴ	δῆτ'
	v. 304. ναιετάεσκεν	ναιετάασκεν
	v. 319. ἀπαὶ	ἀπὸ
	v. 340. ἐμπνείοντα	ἀμπνείοντα
	v. 379. οἳ	οἵγ'
	v. 386. εὖτε	ἔστε
	v. 409. τ' αὖ	δ' αὖτ'

	IN TYCHSENII EDITIONE :	IN EDITIONE NOSTRA :
	v. 440. ἐπιστάμενος	ἐπισταμένως
	v. 443. ἐπεσσυμένως	ἐπεσσυμένῳ
	v. 452. αὐτῇ σὺν φήμῃ et μεγάθυμον	αὐτή κεν φήμη τάχα θυμὸν
	v. 457. περιώσιος	περιώσιον
	v. 464. ὀφελέν με	ὀφελόν με
	v. 467. ἀγανούς τε	γεραρούς τε
	v. 469. δ' ἔθηκεν	δὲ θῆκεν
	v. 480. πένθος	θυμὸν
	v. 481. λευγαλέον· τό με εἶθε	πένθος λευγαλέον· τό
	v. 502. ἀκάχησας	ἀπάφησας
	v. 526. ὁ	ὅγ'
	v. 538. οἷον, ὅτ'	οἱόν τ'
	v. 614. ὃν	τὸν
	v. 619. ἄλλοτε	ἀλλ' ὅτε
	v. 661. θοὴν	θεὰν
	v. 665. Ἀλλ' ὅτε	Καὶ τότε
	v. 714. ἐὺ πνείοντες	εὔπνείοντες
	v. 716. δ' ἐγίγνετο	δὲ γίγνετο
	v. 783. τὰ μὲν	τά τε
L. IV.	v. 6. σχεδὸν	πέδον
	v. 17. αὖ	αὖθ'
	v. 22. ἣ	τοῦ
	v. 27. ἐπέδρακεν	ἐσέδρακεν
	v. 33. αὖ	αὖτ'
	v. 46. δ' ἐγήθεον	δὲ γήθεον
	v. 70. δῆτ'	δαῖτ'
	v. 93. ἥδεται	ἔλδεται (4)
	v. 146. ὅσσ'	ὥς δ'
	v. 168. ἔσσυτο	ἵστατο
	v. 185. οἶδε	δοιοὶ
	v. 249. δένδρ'	δένδρε'
	v. 265. ἐν	ἐνὶ
	v. 277. γ'ἐτέρπετο	τε τέρπετο
	v. 311. κρατερώτερος	κρατερώτατος
	v. 326. ἔνεγγυς	ἐγγὺς
	v. 364. ἤλασε	ὄκλασε
	v. 383. Ἰάσονος	Ἰήσονος
	v. 396. ἀμφιτετρυμμένα	αἶψα τεθρυμμένα (5)
	v. 400. προπάροιθε	τοπάροιθε
	v. 416. ἐπαλγύνεσκε	ἔτ' ἀλγύνεσκε
	v. 420-421. ἀπόνητο, ἀγλαόν·	ἀπόνητο· ἄχνοον —
	v. 441. θέρους εὐθαλπέος	θέρευς εὐθαλπέος
	v. 445. μὲν	μιν
	v. 487. ἔλευσσον	ἔνευσαν
	v. 488. Ἴδμονι πυγμαχίης	Ἴδμονι, παμμαχίης
	v. 522. ἔνθορον·	ἔκθορον·
	v. 559. ἐν	ἐνὶ
L. V.	v. 14. ἀμφιτέτυκτο	ἀμφετέτυκτο
	v. 35. θανάτου	Θανάτου
	v. 36. ὑσμῖναι	Ὑσμῖναι·
	v. 72. μειδιόωσ'	μειδιόων
	v. 125. κ'	τ'
	v. 126. νύ κεν	νῦν
	v. 127. μετεύαδεν	μέγ' εὔαδεν
	v. 134. Ἰδομενῆ' αὐτὸν,	Ἰδομενῆα κλυτὸν,
	v. 145. δώη	δώῃ
	v. 169. ἀνέρα, ὅντινα τῶνδε	ὅντινά κεν τῶνδ' ἄνδρα
	v. 176. ἐρατεινήν·	ἀλεγεινήν·

(1) V. 792 Struvius συγκείασθαι coniecit pro συγχεύασθαι.
(2) V. 391 οἱ pro altero μοι scribendum esse coniicimus.
(3) Olim τίσετε, Hermannus voluit τίσαιτ'. Suamne lectionem Tychsenius sine codice e iudicio suo, an e codice hauserit sine iudicio, nescimus.
(4) Spitzneri emendatio. Struvius et Bonitius maluerunt φρεσὶ μήδεται, Lehrsio κήδεται in mentem venit. Mox v. 168 ἵστατο Lobeckii coniectura est ad Aiac. p. 156.
(5) Struvius, cui hæc emendatio debetur, αἶψα dubium esse ipse confitetur, Lehrsius αὖθι fortasse scribendum coniicit.

IN TYCHSENII EDITIONE :	IN EDITIONE NOSTRA :
v. 212. ἔχες	ἔχεις
v. 216. μ' ὑπόειχε	μοι ὕπειχε
v. 240. οὐτιδανόν	ταρβαλέον
et ἀργαλέον	οὐτιδανὸν
v. 249. ζεύγλης	ζεύγλῃς
v. 256. ἐϋσθενέα	ἐϋσθενέος
v. 281. μητιόωντο	μητιόωνται
v. 299. καταβοσκομένοισιν·	κάτα βοσκομένοισιν·
v. 354. ἀλλά γ'	ἀλλ' ἄρ'
v. 359. ὡς	ὣς
v. 362. ὄρεξεν·	ἔρεξεν·
v. 386. ἠδὲ	ἠὲ
v. 388. βίῃ	βίη
v. 393. ὑπέβραχε	ἐπέβραχε
v. 394. ὑπετρομέεσκον	ὑποτρομέεσκον
v. 399. ἐπεὶ	ὅτι
v. 422. ἤκαχε	ἤπαφε
v. 435. ὑποπτώσσουσι	ὑποπτώσσωσι
v. 436. ὅτ'	ὁ δ'
v. 444. κύων·	κύον·
v. 457. χόλον	δόλον
v. 460. ἐπιβήμεναι,	ἔτι βήμεναι,
v. 469. χείρεσ'	χερσὶν
v. 470. δέ κεν	δὲ καὶ
v. 492. ὀδυρομένοις et δῖον	ὀδυρομένων et δῖαν
v. 509. ἔβλαβεν	ἐβλάβη
v. 517. ὄφρα με	ὄφρ' ἐμὲ
v. 523. ἁπάντων	ἄνασσαν
v. 524. ἄνασσαν ἔμεν, ὅσσων	ἁπάντων ἔμμεν, ὅσων
v. 550. νῦν μὲν	μέν μοι
v. 554. ἀνδρέσσιν	ἀνδράσι οἱ
v. 555. ἐπ'	ἐν
v. 563. θεὴν,	θεὰν,
v. 587. καὶ	οἱ
v. 611. ἀμφικάνωσιν	ἀμφιχάνωσιν
v. 619. πέρι δινήσαντο·	περινήσαντο·
v. 622. καὶ	οἱ
v. 649. πολύκμητος	πολυκμήτου
L.VI. v. 35. ἐκ	ὑπὲκ
v. 54. ἀνέρας, ἠδ' ἵππους,	αὐτοῖς ἠδ' ἵπποις,
v. 81. κεν	καὶ
v. 99. βαλόντες,	βάλοντο,
v. 114. ἀποσκοπίαζον	ἀπὸ σκοπίαζον
v. 126. ἥμενοι	ἥμεροι
v. 131. ἕσπετο	ἔπλετο
v. 145. καθ'	καὶ
v. 149. ἤρετο	εἴρετο
v. 151. ἔνθ' ἄρα	ἐνθάδ' ἄρ'
v. 183. ηὔχοντο	εὔχοντο
v. 194. ἴσαν	δῦσαν
v. 209. ἐπὶ	ὑπὸ
v. 214. μὲν	ῥα
v. 224. ἐτίνυτο	ἐσίνετο
v. 225. χρυσοῖο	χρυσέοιο
v. 227. Στυμφαλίδες·	Στυμφηλίδες,
v. 247. ὑπὸ	ἐπὶ

IN TYCHSENII EDITIONE :	IN EDITIONE NOSTRA :
v. 250. χαρήατα δ'	χάρη δέ οἱ
v. 258. ἄλλοθεν	ἄλλυδις
v. 283. αὖ	αὐθ'
v. 298. ἔωλπεν	ἔολπεν (1)
v. 317. Πολυδάμαντα	Πουλυδάμαντα
v. 329. αὐτῶν ἠδ'	αὐτῶν τ' ἠδ'
v. 384. τῷ δ' ἔπι	τῷ δ' ἄρ' ἐπ'
v. 388. σχέτλιε,	σχέτλιος,
v. 392. ὅς	ὁ
v. 418. ἔτι ἔλπῃ	ἔτ' ἐέλπῃ
v. 457. τετυγμένα	τετυμμένα
v. 474. δ' ἐκεῖνο	δὲ ἐκεῖνο
v. 485. τεταγμένη	τεταμμένη
v. 500. δὴ τότε γ'	δή ῥα τότ'
v. 526. ἐμπνείοντα	ἀμπνείοντα
v. 532. ἠδὲ	ἠὲ
v. 533. ἀολλίσωσ'	ἀολλίσσωσ'
v. 544. ἀρίδηλος	ἀΐδηλος
v. 580. Ἐχέμμονα δηϊοτῆτι	ἑλὼν ἀνὰ δηϊοτῆτα
v. 592.	in uncis.
v. 602. ἐπεσσύμενος	ἐπισπόμενος
v. 604. ἕνα	ἐνὶ
v. 631. Μόνυσον	Μόσυνον
L.VII. v. 28. ὑπὸ	ὕπαι
v. 38. πόνου	γόου
v. 57. ἔζεεν	ἔῤῥεεν
v. 65. τεθνεότες	τεθνεῶτες
v. 71. θεῶν ἐν	θεῆς ἐνὶ
v. 77. πνοιῇ	πνοίῃς
v. 78-79.	lacuna. (2)
v. 79. οὔτοι et ἄλλος	οὔτι et σκολιός
v. 137. φάραγγας	φάραγγος
v. 163. μίην	μίαν
v. 175. προπάροιθε	τοπάροιθε
v. 196. τεύχεα	τεύχεσι
v. 247. ἄτροπος et μοῖρα,	Ἄτροπος et Μοῖρα, (3)
v. 248. ὑπέκλασε	ὑπέτμαγε
v. 254. ὄρνυτο·	ὤρνυτο·
v. 261. πυμάτων	μυχάτων
v. 264. ὑπ' ἀργαλέης ὑσμίνης,	κατ' ἀργαλέας ὑσμίνας,
v. 285. οὕνεκα	τοὔνεκα
v. 290. οὕνεκ'	εἵνεκ'
v. 299-300.	lacuna. (4)
v. 340. μεγάλας	ἀταλὰς
v. 348. λαοῦ	ἄλλοι
v. 372. ἄρ'	ἀν'
v. 381. φέρων, καὶ ὅσ'	φέρων κλέος (5)
v. 395. πολυῤῥοθίοιο	πολυῤῥοίοιο
v. 426. δὲ	δὴ
v. 436. νεὼς	νεὸς
v. 468. ἦ μὲν	ἠμὲν
v. 475. μὲν ἐπέπλετε	σφίσιν ἔπλετο
v. 483. τε ἰδὲ	τ' ἠδὲ
v. 485. αἶψ',	ἄψ
v. 498. ὀχρυόεσσαν	ὀκριόεσσαν
v. 510. ἀνδρῶν,	αὐτῶν

(1) Idem mendum sæpius nobis tollendum erat, ut v. 21; VII, v. 692, etc.

(2) Lacunæ, quas in nostrum textum introduximus novas, solo spatio, quas Tychsenii editio iam habuit, asteriscis notantur.

(3) V. 224, quem Tychsenius primus exhibuit, παρατεκτήνασθαι vix recte habet. Coniicimus poetam scripsisse προπάροιθε τανύσσαι vel τιταίνειν vel τιτῆναι.

(4) Quam lacunam ex Homeri Od. λ. 129 facile explendam Lehrsius vidit.

(5) Spitznerus χάριν voluit. Nos Lobeckii emendationem recepimus, nihil dubitantes, quin epici poetæ, qui ὀπάζειν κλέος, κῦδος φέρειν et κῦδος ὀπάζειν (conf. noster XII, 252, 265, 273) dicebant, φέρειν κλέος dicere potuerint.

IN TYCHSENII EDITIONE:	IN EDITIONE NOSTRA:
v. 532. ἀήρ·	αἰθήρ·
v. 547. καναχὴ et περὶ πέτρῃ,	καναχῇ et πέρι πέτρῃ,
v. 549. βήμεναι	δύμεναι
v. 584. δῖον,	δεῖος,
v. 640. κῦσεν	κύσσεν
v. 650. φήσασκεν et ἔμμεν,	φαίης κεν et εἶναι
v. 653. ἂρ	ἄρα
v. 656. κέκευθε	κεκεύθει
L.VIII.v. 4. περὶ	ποτὶ
v. 11. μαψιδίῃ	μαψιδίη
v. 41-42.	lacuna.
v. 48. δὴ	δὲ
v. 79. ναιετάεσκε	ναιετάασκε
v. 99. Ἔνθ'	Ἐν δ'
v. 103. ναιετάεσκε	ναιετάασκε
v. 137. δὲ	δέ ἑ
v. 157. ἀκρονύχων	ἄκρον ὕδωρ
v. 235. ὀχέεσφι	ὀχέεσσι
v. 303. ὅς τε πάροιθεν	ὃς τοπάροιθεν
v. 304. ναιετάεσκε	ναιετάασκε
v. 305. ἔδρακεν αἶαν.	ἔδρακε γαῖαν.
v. 332. περιῤῥήσσῃ	περιῤῥίψῃ
v. 333. θᾶττον	τυτθῇ
v. 337. Τρῶας et ἄλλους	Τρωσὶν et ἄλλον (1)
v. 338. λαὸν ἐπαΐσσοντας·	λαοῦ ἐπαΐσσοντος·
v. 339-340.	lacuna.
v. 345. ἔδεισε·	ἔσεισε· (2)
v. 377. ἄρα	ἄφαρ
v. 378. τεύχεσσιν	τείχεσσιν
v. 381. νεφέεσσι	νιφάδεσσι
v. 400. οἱ ἤθελε θυμὸς ἀμύνειν	ἀμύνειν ἤθελε θυμῷ
v. 412. ἑτέρωθεν	ἑτέρωσε
v. 436. ἐν	ἐνὶ
v. 438. κραδίῃ	κραδίη
v. 459. πάντας et ἐπεὶ	παντ' et ἐπειὴ
v. 484. ἀνέμβατον	ἀνάμβατον
L.IX. v. 2. ἀπείριτος	ἀπείριτον
v. 55. οὐδὲ σ' ἐγώ περ	οὔτε σ' ἔγωγε
v. 81. αὐτὸν	αὐτοῦ
v. 83. ὀλέσσῃ·	ἐλάσσῃ·
v. 88. μοῦνος	μοῦνον
v. 110. ἐντύναντο	ἐντύνοντο
v 114. παρανήεε	παρενήνεε
v. 119. αὐτοῦ.	αὐτοῦ.
v. 132. μίῃ	μίγῃ
v. 134. ἔγχεϊ	ἔγχεσι
v. 160. ὑπέρχετο·	ὑπώχετο·
v. 195. αὖθις	αἰὲν
v. 241. ἑτέρωθι	ἑτέρωθε
v. 259. δόρυ	δορὶ
v. 260. ἤερα	omissum,
et τοῖον φάτο μῦθον·	ποτὶ τοῖον μῦθον ἔειπεν.
v. 298. δὲ βοήσας	δ' ἐβόησε
v. 299. Τρώεσσι	Τρωσὶν δὲ

IN TYCHSENII EDITIONE:	IN EDITIONE NOSTRA:
v. 301. ἐπέπνευσεν	ἐνέπνευσεν
v. 311. ἐρυμνὴ	ἐρεμνὴ
v. 324. ἐπιτέρπετο	ἐπετέρπετο
v. 330. ἠγαθέοισιν ἐπέφρασεν	ἦ ῥα θεοῖσιν ἐπεφράσατ'
v. 336. οἱ	τοὶ
v. 376. οὕνεκ' οἱ ἕλκος ἔμελλεν et ἱκέσθαι,	οὕνεκά οἱ μέλαν ἕλκος et ἵκανε, (3)
v. 382. ὑπὸ βρωθέντα θαλάσσης·	ὑποβροθέντα θαλάσσῃ·
v. 384. ἀπὸ στυφελοῖο,	ἄπο, στυφελοῖς —
v. 392. παρέκειτο γε	παρεκέκλιτο
v. 409. ἦροντ'·	εἴροντ'·
v. 420. μέγα	μάλα
v. 467. ἀμφὶς ἔχρισαν	ἀμφί ἑ χρῖσαν
v. 469. οἱ	τοὶ
v. 496. a Rhodomanno inventus.	lacuna.
v. 501. ἄλλῃ·	ἄλλη·
v. 502. αἶσαν,	αἴσῃ,
v. 519. εἴπου τὶς	τῶν εἴ τις
v. 520. πέλεται νόος ἀνδράσιν ἐσθλοῖς,	νόος ἀνδράσι γίνεται ἐσθλοῖς,
L. X. v. 30. ἀλλὰ γ'	ἀλλ'
et ἀλευομένους	μέγ' ἀλευομένους
v. 32. ἴτι	ἐπὶ
v. 42. τοι et κἀκείνῳ	κεν et καὶ κείνῳ
v. 54. ὤμοις	ὤμους
v. 64. ὀτρύνοντες	ἀρτύνοντες
v. 66. ὥς που	ὡς ἢ
v. 67. εἴαρος	χείματος
v. 68-69. — φύει, ἠδ' ὥστε δι' ἀζαλέης ξυλόχοιο Πῦρ βρέμει αἰθόμενον, ἠδ' ὡς—	—χέει, ἢ ὡς ὅτ' ἀν' ἀζαλέην ξύλοχον πῦρ Αἰθόμενον βρομέει, ἢ ὡς—
v. 73. ἄλλον	ἄλλῳ
v 81. Ὕαλον, εὐγλώχινι	Ὕλλον, ἐϋγλώχινι
v. 87. Χέδιόν τε,	Σχέδιόν τε,
v. 89. Γαηνὸν,	Γαληνὸν,
v. 91. ἅμα πίονι	ἅμ' ἀπείρονι
v. 126. ναιετάεσκεν	ναιετάασκεν
v. 131. πονέουσαν	περ ἐοῦσαν (4)
v. 132. δ' ἄρ'	γὰρ
v. 135. κεῖνο δ' ἵησι	εἰ δ' ἐπίῃσθα,
v. 136. ἵκηται,	ἵκηαι,
v. 139. καί μιν ἀεὶ σπαίρουσαν	καί ῥά μιν ἀσπαίρουσαν (5)
v. 143. Φύλαϊς εὔζωνος	Φύλλις ἐΰζωνος
v. 155. ἄνευ	ἄνευθ'
v. 172. πέτρης,	πέτρῃς,
v. 194. ὡς ἐτεὸν καύσαιτο, μέγας	ὡς ἐτεὸν, κεκέδαστο μέλας
v. 241. ἔτ' ἔμιμνε	ἔτι μίμνε
v. 250. ἐννεσίῃ	ἐννεσίῃς
v. 276. βεβλημένος	βεβολημένος

(1) Lehrsius ad hunc versum: « ἐτίνυτο, fortasse ἐσίνετο. » Conf. VI, 224.

(2) Egregiam hanc coniecturam vir cl. C. Lachmannus communicavit cum Lehrsio, amico suo, qui ipse coniecerat ἴδρισε.

(3) Ad v. 347 Lehrsius: « ἀπαναίνεται fortasse ἀγριαίνεται. »

(4) Orellius in epistolis philologicis (pag. 407) præter hanc emendationem tres alias (X, 105; XII; 580; XIII, 159) proposuit, quas recepimus. — Quum in nonnullis codicibus huius versus lacuna verbo ἐτείρετο expleatur, eaque, quæ sequuntur, cum præcedentibus vix cohæreant, cui malo Kœchlyi coniectura non medetur, plura excidisse suspicamur poetamque huiuscemodi aliquid scripsisse:

ἀθανάτην περ ἐοῦσαν· ἐτείρετο δ' ἄρ φίλον ἦτορ,
πρὶν κείνῳ φιλότητι μιγήμεναι, ἧς ἔτι νῦν περ
εὐνῆς σῆμα κ. τ. λ.

(5) Kœchlyi coniectura. Lehrsius voluit μένεϊ σπαίρουσαν vel μένει ἀσπαίρουσαν.

IN TYCHSENII EDITIONE :	IN EDITIONE NOSTRA :
v. 277. νούσῳ, καὶ	νούσῳ τε καὶ
v. 309. μεγάροισι, μεγ' ἄσπετα	μεγάροισιν ἀάσπετα
v. 357. ἔμπροσθεν et ἐμβεβαυίας·	ἔντοσθεν et ἐμβεβαυίης·
v. 379. προπάροιθεν	τοπάροιθεν
v. 398. με ἄσπετον	μ' ἀάσπετον
v. 405. ἐδάμασσα	ἔδαμ' αἶσα
v. 406. οὐ γοόωσα et τόσσον, ὅσον	οὔτι γοῶσα τόσον, ὅσσον ἄρ'
v. 408. κείνη	κεῖνον
v. 409 et 410. ἠδὲ	αἱ δὲ
v. 413. κώκυσεν,	κώκυσ',
v. 428. ὄφελόν ποτε	ὄφελον τότε
v. 431. ἠώς·	αἰών·
v. 435. εὔπεπλους	εὐπέπλους
v. 459. μακρὸν πέρι κωκύεσκον.	μόρον περικωκύεσκον.
v. 465. βοήσατο	γοήσατο
L. XI. v. 6. ἠδὲ	οἱ δὲ
v. 9. ἴκελοι	εἴκελοι
v. 23. δὴ	δε'
v. 25. ἀνίη	ἀνίης
v. 56. ἐς ἔορὶ	ἄορι
v. 59. ἅμα πέπτατο	ἅμ' ἀπέπτατο
v. 63. αἰνὸν	αἰνοῦ
v. 66. ἐπὶ	τότε
v. 103. τῷ	τοῦ
v. 123. ὑπαὶ	ὑπὸ
v. 136. ῥοῆς	ῥοῆς
v. 161. δ' ἄρ' ἰαίνετο	δ' ἰαίνετο
v. 173. ἐσσυμένως	ἐσσυμένους
v. 194. λεῖπεν et κραταιὴν	λίπεν et κρεμαστὴν,
v. 195. ἐμπεφυυῖαν et εὐγνάμπτοισι χαλινοῖς,	ἐκπεφυυῖαν εὐγνάμπτοιο χαλινοῦ,
v. 208. οὗς, ἄμοτον	οὕς τ' ἄμοτον
v. 209. τύψη ὑπαὶ	τύψεν ὑπὸ
v. 219. ἄγε θέσθ'	ἄζεσθ'
v. 249. ἀκροτίσκτον ὀμίχλην·	ἀπροτίοπτος ὀμίχλη·
v. 251. ὄλοντο	ὄλοιντο
v. 284. ἐπ'	ἄρ'
v. 286. μετ'	μέγ'
v. 324. ἀότεον.	ἀότευν.
v. 360. ἐντύνοντο	ἐντύνοντο
v. 361. μίη—ἄρμη.	μίῃ—ἄρμῃ.
v. 365. τοῖσι 'Αργείων	τοῖσι ἄρ' 'Αργείων
v. 367. ἀρηράμεναι	ἀρηράμενοι
v. 372. βελέμνοις,	βοείαις,
v. 379. δρόμος et δ'	βρόμος et θ'
v. 432. πόληος, ἐῶν	πόληος ἐῆς, (1)
v. 450. ἐπιβήσατο	ἐπεβήσατο
v. 472. συνηλλοίωτο	συνηλοίηντο
v. 495. καὶ	σὺν
L. XII. v. 30. πάντα	πάντες
v. 31. ἐν κλισίῃς	ἂς κλισίας
v. 43. ἅμα	ἀνὰ
v. 53. οὐ γὰρ	οὐχί
v. 55-56. ἄλλα Ζηνός· ἃ μὲν	ἄλλα· Ζηνὸς μὲν
v. 65. σφιν	σφισι
v. 76. πολλὰ	πάντα

IN TYCHSENII EDITIONE :	IN EDITIONE NOSTRA :
v. 99. κάρτεος	θάρσεος
v. 103. ἢ Διὸς	ἐκ Διὸς
v. 106. γένος ἀμφιλιποῦσα,	ἔδος αἰπὺ λιποῦσα
v. 111. ἔνδοθι	ἀγχόθι
v. 124. ἐς	ἀν'
v. 127. δεύοντο	δεύοντ' ἐκ
v. 135. ὀκρυόεντι	ὀκριόεντι
v. 164. ἐπὶ	ποτὶ
v. 176. ὑπεσμαράγησε	ἐπεσμαράγησε
v. 186. οὔδεος	οὔρεος
v. 188. περὶ	ἀμφ'
v. 198. ἐν	ἐκ
v. 209. ἡμέας	ὑμέας
v. 212. γαίη ἀπειρεσίη· et ἄμμιν	γαίῃ ἀπειρεσίῃ· ὔμμιν
v. 220. νῦν et ἀκριτόμυθοι,	κλυτοὶ et ὀβριμόθυμοι,
v. 224. τι	κε
v. 236. μίμνετε	μίμνειν
v. 257. τοι	που
v. 258. πολέμου	πολέμοιο
v. 260. αὖ	αὖθ'
v. 275. Νέστωρ	Νέστορ·
v. 277. τις	τοι
v. 284. μὲν	τὸν
v. 301. δ' ὑπ' 'Αρηΐ	κεν ὑπ' 'Αρει
v. 313. οὐρεῖ οὔτε	οὐρεῖ τ' οὔτε
v. 315. δ' ὁ	δὲ
v. 323. 'Αντίμαχος	'Αμφίλοχος
v. 331. ἢ μὲν	ἡμὲν
v. 333. αὖ	εὖ
v. 343. ἔργῳ et ἄνακτας	ἔργον et ἄνακτες
v. 394. γνῶναι	γνώμεναι
v. 410. εἴδεεν	εἴδεται
v. 414. θεή· λευκαὶ δὲ	θεά· γλαυκαὶ δ' ἄρ'
v. 430. περιστενάχουσι	περιστενάχοντο
v. 445. τῷ	τοὶ
v. 453. κικλήσκουσιν,	ἐπικλείουσιν,
v. 461. ἷξαν	ἷξον
v. 467. ἔνθα	ἐν δὲ
v. 476. ὅς	ὅγ'
v. 484. καὶ ἐπὶ	ᾧ ἔπι
v. 488. ἀφραδίῃ	ἐν κραδίῃ (2)
v. 495. λυγρὸν	λυγρῷ
v. 496. ἐπὶ	περὶ
v. 515. ἀχλὺς ἄρ' ἀμφεκάλυψε	ἀχλὺς ἀμφεκάλυψε
v. 528. ἧεν,	αἰὲν,
v. 544. ἄρα	ἅμα
v. 545. χαίρετε	χαίρετ' ἄρ'
v. 559. πού	γάρ
v. 564. οὕνεκά σφιν μέγα	οὕνεκ' ἄρα σφίσι
v. 580. οὔρεσι καγχαλόωσα	οὔρεσιν ἀσχαλόωσα
v. 583. ἀχνυμένη	ἐσσομένη
v. 585. φόνου· et σφίσι	φόνῳ· et μέγα
L. XIII. v. 4. περὶ	παρὰ
v. 19. φρένα	φρένας
v. 36. ἀτρεκέως	ἀτρεμέως
v. 42. ἐξανέδυσεν ἰδὼν	ἐξανέδυ σανίδων
v. 54. ἄλλοθεν ἄλλοι	ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ
v. 68. ἄτρομοι	ἄβρομοι
v. 70. ἀνίαχοι	αὐίαχοι
v. 73. ἐπιβρίσουσι	ἐπιβρίσωσι

(1) V. 404 interpretes in verbis ἀλλ' ὅσα πάντα offenduntur. Struvius ἄλσεα πάντα tentavit, quod falsum esse Lehrsius videns requiri dicit huiusmodi aliquid : μηλονόμοι καὶ πώεα πάντα. Kœchlyus fortasse scribendum existimat σκόλοπ' αἰνά. Nonne sufficeret scribere : ἀλλ' ἅμα πάντα?

(2) Aut sic, aut ἀργαλέην scribi Lehrsius vult.

IN TYCHSENII EDITIONE :	IN EDITIONE NOSTRA :
v. 89. οἱ	τοὶ
v. 106. γε	ἑ
v. 110. λυγρῆς,	λυγρῆς,
v. 113. ἔχειν	ἑλεῖν
v. 132-133. Τρῶες. ὡς δ' ὑπὸ	Τρῶες, ὡς ὑπὸ
v. 139. ὀλέκουσι μένοντες	ὀλέκουσιν ἔδοντες
v. 152. τμηθέντες	δμηθέντες
v. 162. μεγάροιϊν	μεγάροιο
v. 183. ἐνὶ	ἐπὶ
v. 192. γέροντι τεὰς	γέροντος ἑὰς (1)
v. 241. χάρη.	χάρην
v. 244. πολλὸν	πουλὺν
v. 250. πολλῶν	πάντων
v. 257. οὔτοι	οὔ πω
v. 268. φίλου, αἰνὸν	φίλου ἔνδον,
v. 276. ἐνὶ	ἔνι
v. 295. ὃς	ὡς
v. 345. οἱ, et ἄλλων ἐν	καὶ et ἄλλ' ὅσ' ἐνὶ
v. 348. μίη	μί' ἣ
v. 362. σ' ἐδέξατ'	σε δέξατ'
v. 368. ἂρ ἔμελλεν	ἄρα μέλλεν
v. 384. παρ'	καὶ
v. 394. ἀρίζηλο	ἀρίδηλον
v. 401. θεὴ	θεὰ
v. 405. ἂρ ἔθελγεν	ἄρα θέλγεν
v. 410. ἀναιρέμεν	ἐναιρέμεν
v. 425. οὐδὲ ἡ	οὐδ' ἥγ'
v. 428. ἔτρεσεν	ἔτρεμεν
v. 429. ἐπεί οἱ	ὅτι οἱ
v. 445. αὐτὸν	αὐτὸς (2)
v. 452. ἤριπεν	ἔῤῥιψεν
v. 489. ὑπὲκ	ὑπαὶ
v. 518. οἱ	τοὶ (3)
v. 522. ἀναμνήσαντο	ἀνεμνήσαντο
v. 542. τι μυρομένων et περιπίπτατ'	κινυρομένων περιπέπτατ'

IN TYCHSENII EDITIONE :	IN EDITIONE NOSTRA :
v. 555. ἐπ' ὄψεϊ	ἐπόψιαι
L.XIV. v. 12. οἷο	ἀμφὶ
v. 20. Κασσάνδραν	Κασσάνδρην
v. 53. ἀκοίτου	ἀκοίτεω
v. 92-93.	lacuna.
v. 113. καὶ οὔδεος	διειδέος
v. 121-122.	lacuna.
v. 142.	in uncis.
v. 159. πάρος μεμαυῖαν	μέγ' ἐμμεμαυῖαν
v. 166. ἴσχομεν	ἰσχέμεν
v. 171. ἄρ'	ἅμ'
v. 172. βλεφάρων ἤλειβετο	βλεφάροιϊν ἐλείβετο
v. 178. συνέχοντο	συνέχυντο
v. 188. ἄδην ἐμὸν	ἀρήϊον
v. 198. ἀπηέξηνθ'·	ἐπηέξηνθ'·
v. 214 et 241. ἐύπεπλον	εὔπεπλον
v. 262. ἔκχυσο	ἔκχυτο
v. 263. χείματι	χέρματι
v. 265. περιτρύζωσι	περιτρίζωσι
v. 269. στεναχῆσι	στοναχῆσι
v. 281. ἀνωλύζεσκε	ἀνῳμώζεσκε
v. 283. σπαργεῦσα	σπαργῶσα
v. 292. ἠδὲ et ἠδ'	ἠὲ et ἢ
v. 299. ἐνὶ μαίνεται	ἔτ' ἰαίνεται
v. 302. βλεφάρων χεύοντο	βλεφάροιϊν ἔχυντο
v. 328. οἶδμα	χεῦμα
v. 386. δὲ τὰ	δ' ἐὰ (4)
v. 389. ἀπόπροθε	ἀπόπροθι
v. 402. αὐτοὶ	παῦροι
v. 444. οὔτι	οὔτοι
v. 495. τις	οἱ (5)
v. 504. διέχευον	διέχευαν
v. 507. πότμον	πόντον
v. 557. μὲν	μέγ'
v. 590. Ὡς	Ὣς

Tryphiodorum e Wernickii recensione imprimendum curavimus, nisi quod versus mendosos, quos ille asterisco notavit, e virorum doctorum coniecturis iis, quæ maxime probabiles nobis visæ sunt, emendavimus. Versum 301, magis corruptum, quam ut poetæ scripturam divines, dedimus, quomodo apud priores editores ipsumque Wernickium legitur.

Tzetzes e Bekkeri recensione prodit, correctis levibus paucis sive editoris sive typothetarum erroribus.

In *interpretationibus latinis*, quas nostris poetis addidimus, elegantiam frustra quæres, quum græca, quantum fieri potuit, ad verbum reddere statuerimus,

(1) In hoc versu a variis varie tentato αἰδεσαι ἄντα γέροντος ἔχειν χέρας legendum olim coniecimus. Nunc tamen lectionem a nobis receptam bene habere putamus, neque Kœchlyus aliquid excidisse nobis persuadet.

(2) V. 432 Struvius et Bonitius mutata interpunctione αἰνὸς ὁμοῦ· καίοντο legere voluerunt. Sed ὁμοῦ, quod Rhodomannus interposuit, ubi lacuna olim fuerat, mendosum est. Totum locum intento animo legentibus nobis suspicio movetur, duo hemistichia inter αἰνὸς et καίοντο excidisse.

(3) V. 497 καίπερ ἐελδομένη vitiosum est. Lehrsius καὶ πρὶν ἐελδομένη, Kœchlyus καίπερ ἀλωομένη coniecit, uterque dubitanter.

(4) Versum 386 et 387, in quibus Pauwius verum iam viderat, melius ita disposuissemus :

καί ῥ' αἱ μὲν περὶ γούνατ' ἔχον χέρας· αἳ δὲ μέτωπα
* * * * * * αἳ δ' ἐὰ τέκνα
ἄμπεχον κ. τ. λ.

(5) Miramur, cur Kœchlyo, quum v. 483 κανεῷ improbaret, κοινῷ potius quam κοίλῳ succurrerit.

quo consilio in Hesiodo magis etiam stetimus quam in reliquis auctoribus. Priorum versionum, quæ earum natura erat, modo plura, modo pauciora, interdum nulla reperies vestigia. Tzetzen etiam interpretatione donavimus, non quo operæ pretium esse putaremus, hunc laborem in poetillam impendere, sed ut æquabilitatis legem editioni nostræ præscriptam observemus.

Indicibus nominum et rerum, quos singulis auctoribus subiunximus locupletissimos, lectorum commodo nos optime consuluisse eorumque approbationem meruisse confidimus.

Iam lectores harum rerum periti operam nostram benigne iudicent, reliqui iudicio abstineant velimus, valere iubemus omnes.

Parisiis, Kalendis Decembribus a. MDCCCXXXIX.

Notes du mont Royal
WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM
Une ou plusieurs pages ont été volontairement omises ici.

ΜΟΥΣΑΙΟΥ

ΤΑ ΚΑΘ' ΗΡΩ ΚΑΙ ΛΕΑΝΔΡΟΝ.

MUSAEI

DE HERONE ET LEANDRO.

ΜΟΥΣΑΙΟΥ

ΤΑ ΚΑΘ

ΗΡΩ ΚΑΙ ΛΕΑΝΔΡΟΝ.

Εἰπὲ, θεὰ, κρυφίων ἐπιμάρτυρα λύχνον ἐρώτων
καὶ νύχιον πλωτῆρα θαλασσοπόρων ὑμεναίων
καὶ γάμον ἀχλυόεντα, τὸν οὐκ ἴδεν ἄφθιτος Ἠὼς,
καὶ Σηστὸν καὶ Ἄβυδον, ὅπη γάμος ἔννυχος Ἡροῦς.
Νηχόμενόν τε Λέανδρον ὁμοῦ καὶ λύχνον ἀκούω,
λύχνον ἀπαγγέλλοντα διακτορίην Ἀφροδίτης,
Ἡροῦς νυκτιγάμοιο γαμοστόλον ἀγγελιώτην,
λύχνον, ἔρωτος ἄγαλμα, τὸν ὤφελεν αἰθέριος Ζεὺς
ἐννύχιον μετ' ἄεθλον ἄγειν ἐς ὁμήγυριν ἄστρων
καί μιν ἐπικλῆσαι νυμφοστόλον ἄστρον ἐρώτων,
ὅττι πέλεν συνέριθος ἐρωμανέων ὀδυνάων
ἀγγελίην τ' ἐφύλαξεν ἀκοιμήτων ὑμεναίων
πρὶν χαλεπὸν πνοιῇσιν ἀήμεναι ἐχθρὸν ἀήτην.
Ἀλλ' ἄγε μοι μέλποντι μίαν συνάειδε τελευτὴν
λύχνου σβεννυμένοιο καὶ ὀλλυμένοιο Λεάνδρου.
Σηστὸς ἔην καὶ Ἄβυδος ἐναντίον, ἐγγύθι πόντου·
γείτονές εἰσι πόληες. Ἔρως δ' ἀνὰ τόξα τιταίνων
ἀμφοτέραις πτολίεσσιν ἕνα ξυνέηκεν ὀϊστὸν,
ἠίθεον φλέξας καὶ παρθένον· οὔνομα δ' αὐτῶν
ἱμερόεις τε Λέανδρος ἔην καὶ παρθένος Ἡρώ.
Ἡ μὲν Σηστὸν ἔναιεν, ὁ δὲ πτολίεθρον Ἀβύδου,
ἀμφοτέρων πολίων περικαλλέες ἀστέρες ἄμφω,
εἴκελοι ἀλλήλοισι. Σὺ δ', εἴ ποτε κεῖθι περήσεις,
δίζεό μοι τινὰ πύργον, ὅπη ποτὲ Σηστιὰς Ἡρὼ
ἵστατο λύχνον ἔχουσα καὶ ἡγεμόνευε Λεάνδρῳ·
δίζεο δ' ἀρχαίης ἁλιηχέα πορθμὸν Ἀβύδου,
εἰσέτι που κλαίοντα μόρον καὶ ἔρωτα Λεάνδρου.
Ἀλλὰ πόθεν Λείανδρος Ἀβυδόθι δώματα ναίων
Ἡροῦς ἐς πόθον ἦλθε, πόθῳ δ' ἐνέδησε καὶ αὐτήν;
Ἡρὼ μὲν χαρίεσσα, διοτρεφὲς αἷμα λαχοῦσα,
Κύπριδος ἦν ἱέρεια, γάμων δ' ἀδίδακτος ἐοῦσα
πύργον ἀπὸ προγόνων παρὰ γείτονι ναῖε θαλάσσῃ,
ἄλλη Κύπρις ἄνασσα· σαοφροσύνῃ δὲ καὶ αἰδοῖ
οὐδέποτ' ἀγρομένῃσι μεθωμίλησε γυναιξὶν,
οὐδὲ χορὸν χαρίεντα μετήλυθεν ἥλικος ἥβης,
μῶμον ἀλευομένη ζηλήμονα θηλυτεράων·
καὶ γὰρ ἐπ' ἀγλαΐῃ ζηλήμονές εἰσι γυναῖκες·
ἀλλ' αἰεὶ Κυθέρειαν ἱλασκομένη βασίλειαν,
πολλάκι καὶ τὸν Ἔρωτα παρηγορέεσκε θυηλαῖς
μητρὶ σὺν οὐρανίῃ, φλογερὴν τρομέουσα φαρέτρην.
Ἀλλ οὐδ' ὣς ἀλέεινε πυριπνείοντας ὀϊστούς.
Δὴ γὰρ Κυπριδίη πανδήμιος ἦλθεν ἑορτὴ,
τὴν ἀνὰ Σηστὸν ἄγουσιν Ἀδώνιδι καὶ Κυθερείῃ,
πανσυδίῃ δ' ἔσπευδον ἐς ἱερὸν ἦμαρ ἱκέσθαι,
ὅσσοι ναιετάεσκον ἁλιστεφέων σφυρὰ νήσων,

MUSÆI

CARMEN

DE HERONE ET LEANDRO.

Dic, dea, occultorum testem lychnum amorum
et nocturnum natatorem per-mare-ducentium nuptiarum
-causa] et concubitum tenebrosum, quem non vidit immortalis Aurora,] et Sestum et Abydum, ubi nuptiæ nocturnæ
Herus *erant*.] Natantemque Leandrum simul et lychnum audio,] lychnum adnuntiantem mandata Veneris
Herus nocte-nubentis pronubum nuntium,
lychnum, amoris signum, quem debebat ætherius Juppiter
nocturnum post certamen *intro*ducere in cœtum astrorum
atque ipsum appellare pronubam stellam amoris,
quoniam erat administer amatoriarum solicitudinum
nuntiumque servavit insomnium nuptiarum,
antequam molestum flatibus flaret inimicus ventus.
Agedum mihi modulanti unum simul-cane finem
lychni exstincti et pereuntis Leandri.
Sestus erat et Abydus e regione, prope mare;
vicinæ sunt urbes. Cupido autem arcu tento
ambabus urbibus unam simul-immisit sagittam
juvenem urens et virginem: nomen vero eorum
suavisque Leander erat et virgo Hero.
Altera Sestum habitabat, alter oppidum Abydi,
ambarum urbium perpulcræ stellæ ambo,
similes inter-se. Tu vero, si quando illic transieris,
quære mihi quandam turrim, ubi quondam Sestias Hero
stabat lychnum tenens et dux-erat Leandro;
quære autem antiquæ marisonum fretum Abydi
adhuc flens mortem et amorem Leandri.
Verum unde Leander Abydi domos habitans
Herus in amorem venit amoreque devinxit et ipsam?
Hero quidem gratiosa, divinum sanguinem sortita,
Veneris erat sacerdos, nuptiarum vero expers (existens)
turrim avitam ad vicinum habitabat mare,
altera Venus regina; ob-castitatem vero et pudorem
nunquam congregatis conversabatur mulieribus,
neque chorum gratiosum adivit æqualis juventutis,
livorem evitans invidum mulierum;
namque ob pulcritudinem invidæ sunt feminæ;
sed semper Cythercam placans reginam
sæpe etiam Cupidinem conciliabat libamentis
matre cum cœlesti, flammeam tremens pharetram.
Sed neque sic evitavit ignem-spirantes sagittas.
Jam enim Venereum populare venit festum,
quod Sesti celebrant Adonidi et Cythereæ,
catervatimque festinabant ad sacrum diem ire,
quotquot habitabant mari-cinctarum extrema insularum,

οἱ μὲν ἀφ' Αἱμονίης, οἱ δ' εἰναλίης ἀπὸ Κύπρου·
οὐδὲ γυνή τις ἔμιμνεν ἐνὶ πτολίεσσι Κυθήρων,
οὐ Λιβάνου θυόεντος ἐνὶ πτερύγεσσι χορεύων·
